

tur alio sensu ὁ αὐτός, idem, ἡ αὐτὴ eadem, τὸ αὐτό, idem. Vid. Pa-
for in Lex p. 96. a. Hoc loco non ἁπλοῦς, seu relativè, sed demonstra-
tivè sive δεiktikῶς & ἐμφατικῶς ponitur, ubi Germani particulam
suam encliticam Eben adjungunt: Eben auff diesen Sessen. Conf.
D. Maukisch Not. Philol. Theol. de notitia Dei naturali p. 381. & infra
Sect. II. quest. 4. Syrus adhibet pronomen demonstrativum in foem.
gen. **ܐܘܬܐ** ex qua generis diversitate discrimen satis luculentum in-
te **ܐܘܬܐ** **ܐܘܬܐ** Proprium & Appellativum apparet.

Τῆ] Articulus præpositivus Pronomini ταυτη additus, juxta
Regulam: Nomina substantiva, cum pronomine ταυτη conjuncta, sem-
per habent articulum, sive præponatur Pronomen, sive postponatur, ut
Matth. IV. 3. (ubi crisis Cameronis, ac si in his verbis non esset Græ-
cismus, planè nulla est) Joh. vi. 88. Rom. ix. 17. 1 Cor. xv. 53. 2 Cor. iii.
10. Conf. Cl. Stolberg. Tract. MSS. de Idiotism. Sect. 2. de Articulo in
specie Reg. IV. Observ. 3. Pasor Lexico. p. 96. b.

πέτρα] Petra, rupes, saxum, ingens & immotum, fortè ab
Ebr. **רָבַד** munivit, quomodo etiam **רָבַד** LXXII. vertunt πέτραν
Job. xxii. 24. Conf. Beccman de Origg. LL. p. 851. fin. edit. noviss. &
infra Sect. II. quest. 3.

οικοδομήσω] edificabo pro quo Syrus habet **ܐܘܬܐ**
ad verbum: edificabo eam, Fut. in Peal cum suffixo 3. personæ foem.
quod ex puncto cognoscitur & h. l. propter elegantiam sermonis ab-
undare videtur. Rad. **ܐܘܬܐ** ab Ebr. **בָּנָה** ædificavit, cui h. l. re-
spondet Græcum **οικοδομέω**, quod quamvis ab **οἶκος** domus deduca-
tur, & propriè sit **ædificare**: usurpatur tamen in genere pro exstructio-
ne quavis, prout **ἐνοχοῦν ὕδωρ** dici solet. Conf. de hujus vocis ge-
nuino usu Wellerum in Epist. ad Rom. p. 723. Geier. de amore Dei & pro-
ximi p. 463. Tribuitur i. Hominibus (α) Ecclesiasticè, partim Docto-
ribus, & idem est ac docere Rom. XV. 20. Matth. XXI. 42. I. Pet. II. 7.
Hoc sensu Paulus I. Cor. III. 9. & 10. vocat Corinthios ædificium: se
architectum, qui fundamentum jecerit: alios superædificare, qui per-
gant primæ Corinthiorum institutioni aut Catechismo paulò plenio-
rem instructionem adjicere; partim auditoribus & piis Christianis,
vel sese, vel alios ædificantibus, & tunc idem est, ac omnibus modis